Quelle: https://manuscripta.at/?ID=4777
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Sermo xii

ut impleat in illis quod scriptum est Canis reversus ad vomi-
tum et Mutat canis cum revertit ad vomitum suum debilis
fit ita et peccator qui ad redit ad peccatum suum de iusti-
tibus terribiliter clamat apostolus petrus Et cum fuerint
effugerint coinquinationes mundi huius rursum implicati su-
perantur facta sunt eorum posteriora peiora prioribus
Melius inquit fuit illis non cognoscere viam iustitie
quam post cognitionem retrorsum converti ab eo quod illis
est traditum est enim mandatum Contingit eis illud
verum proverbium Canis reversus ad vomitum suum et sus
lota in volutabrum luti hoc illis venit qui post ab
stinentiam ad gulam post vigilias ad somnolentiam
post humilitatem ad superbiam post obedientiam ad contuma-
ciam post patientiam ad iracundiam velut canis ad vo-
mitum et velut sus revertunt ad luxurie volutabrum
Et ideo qui se talem esse cognoscit dum corrigendi tempus
est cum rugitu et gemitu ad multum superbie humilitatis me-
dicamentum contendat apponere Contra murmurationes
vel iracundie venenum antidotum obedientie festinet ap-
pone Et antequam anima illius multis petitur obnoxia
de hac luce discedat remedium sibi in die necessitatis
acquirat et lampadi sue per superbiam extincte humili-
et caritatis oleum dum colligendi et emendi tempus
est parare contendat ut nil stultus virginis accensa vir-
ginitatis lampadem vasculo sue anime oleum caritatis
exhiberet Nulla penitus virginitas in corpore michil pro-
derit si caritas vel humilitas a corde discesserit Et hec
quidem obstruant anime sue et que illis similes esse
volunt sacra non desistunt Istis vero qui non spiritaliter
sed carnaliter viuunt non humilitatis sed superbie fetida col-
la submittunt ne velut apes mella spalia collitur sed